

Iudebat, & se exercebat, Jam carmina, & orationes scribebat... A caque in circulo eorum pronunciabat. Si qui non admirarentur ea, hos palam inertes appellabat, & barbaros. Frequenter per jocum suspensurum eos se minabatur. Placebat id illis, simplicitatisque, & etati hanc linguæ libertatem adscribentes. Plut. in Casare.

ULCISCUNTUR, PUNIUNT.

Ex Titul. Reprehensio urbana Negligentia, Ofritania, buc quadam.

CONGIARIUM DANT.

M. FAVONIO ædili creato, cum in cæteris Magistratus muneriis præfõ fuit M. Cato minor, tanquam amico, tum ludos ejus in theatro curavit, deditque coronas thymelicis, non aureas, sed ut Olympiis ex oleastro: dona, loco magnificentium, Græcis betam, lactucam, raphanum, pira: Romanis vini amphoras, carnem suillam, ficus, cucumeres, lignorum fasciculos, quorum utilitatem alii irridebant, alii oblectabantur, Catonis austeritatem, & contractionem videntes transire B sensum in remissionem. Postremò Favonium immiscens se plebi, atque inter spectatores confidens, plaufit Catoni: ac donaret, honoraretque merentes, clamavit: testatusque spectatores est, in illius potestate fe omnia poluisse. In altero theatro collega Favonii Curio splendidum exhibebat munus. Spectatores tamen relicto illo huc transierunt, applausurumque effusè agenti Favonio, & Catoni agonotheta. Hæc designavit Cato, quò ei obtretaret, doctereque, ludentem oportere ludo uti, ac benignitate potius desungi communi, quam apparatibus & sumptibus, in rebus nihil magnas curas, & sollicitudines ponentes. Plut. in Catone.

AURELIANUS Imp. ad Parthicum profecturus bellum, cum bilibres coronas singulis promississet, & aureas populus expectaret, filigineas dedit, novo genere panis, quo deinceps uti fuere. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24.

MAGISTRATUM SUSCIPIUNT.

CLODIUS SABINUS declamator, cum in Cretam cum Apio proconfuli profectus, & in theatro Græci postulare ceperunt, ut Sabinus summum Magistratum gereret. Mos autem erat, barbam & capillum magistratui Cretensium submittere. Surrexit, & silentio manu factò: Hunc magistratum, inquit, Romæ bis gessi. Bis enim reus causam dixerat, Græci autem non intellexerunt. Seneca in Declamatis.

G R A T I A S A G U N T.

DIOGENES, acceptis paucis nummis à Diotimo Carytio, dixit Homericum versum Ulyffis, ad Naufragam: Dii tibi largiantur tantum, quantum animo tuo cogitas, & cupis: virum scilicet, & domum. Videbatur autem animo deliciore esse Diotimus. Elianus de Var. hist. lib. 4.

D E N E G A N T.

Abbas quidam à Ludovico XI. Gallorum rege, ut dignitate cederet, quam alteri cuidam optimè merito daturus esset, oratus, arguè respondit: Quadraginta annis vix priores duas literas Alphabeti percepi, A, B, (significat autem Gallorum lingua Abbe-Abbatem) nec nisi ex ætate alteris XL. sequentes duas CD (Cede) si per Deum, & regem licbit, addiscere cogito. Regid. Corrozetus de dictis memorat.

P O L L I C E N T U R.

Tyrannus ad exhauriendum bona cuiusdam opulenti, & ad stabundi, sub gravi pena præcepit, ut asinum literas doceret. Ille impossibile aut fore, nisi multum temporis sibi in erudiendo asino concederet, nisi multum temporis sibi in erudiendo asino concederet. Petere quantum vellet justus, decennium impetravit. Deridebatur ab omnibus quoniam rem impossibilibem suscepisset. Ille amicos solatus: Nil timeo, inquit: nam interim, aut ego moriar, aut asinus, aut dominus. Poggius in Facetis.

P A R I U N T.

Quædam parturiens, & languens ad obfetrices eam in lecto reponens, ait: Qui medeatur hisce lectus, in quæ in lecto incidi? Plut. in Præceptis convivi.

V E N D U N T U R.

BIAS Priæneus Philosophus, conservis demisso vultu merentibus, eò quod jam à latronibus capti essent, animadvertens quandam ex aspectu plus fatis effeminatum esse, accedens inquit: Tu me emito: viro enim opus habere videris. Ille pudefactus cavillo, in turbam se abdedit. Philo, quod Probus liber.

DIOGENES, dum venundaretur, in praconem humi jacens cavilla jecit, nec ad præceptum ejus exurgere induxit in manum, sed insultans in eum: Quid si piscem, inquit, audioneris? Plut. de Tranquill. animi.

F U G I U N T.

NERO Cæsar, hostis à Senatu judicatus, in villam Phaontis liberti fugiens, aquam ex subiecta lacuna potaturus manu haufit, Et hæc est, inquit, Neronis decocta? Suet.

I N C A R C E R E S A E D U C U N T U R.

JUGURTHA à Mario cum duobus filiis in triumpho ductus, mox detractis vestibus in carcerem conjectus, cum opacum barathrum subiret, exclamasse fertur: O Hercules, quam frigidum hoc est balneum, ibi sex dies fuit, ubi inedia, ut Plut. scribit, consumptus est. Livius de Evorop. Marti iusto, in vinculis necatum prodiderunt. Sunt qui ex Tarpeja rupe præcipitatum arbitrentur. Sab. lib. 1. c. 2. En. 6.

CLAUDIUS Sabinus Vidor bis reus causam dixit. Cum rogaretur, ut in Latomias transferretur: Non, inquit, quæquam nomen Latomiz decipiat: illa enim animo meo lata res est, vocabulo carceris ad genus pulpamenti translo. Jobabatur in miseris: in quibus jocari debuisse, quis nescit: potuisse, quis credit? Seneca in Declamatis.

S U P P L I C I O A F F I C I U N T U R.

THECAMESIS capitis damnatus ab Eporis, abibat ridens. Ibi quodam, ex corona rogante, An jura Spartana despiceret? Mimimè, inquit, sed lætus sum, quod hæc mihi lueda est multa, quam à nemine precario, vel fœnorio accipiam. Plut. in Appob.

THERAMENES Atheniensis, cum venenum bibere cogereur: Propino, inquit, hoc pulchro Critici, qui unus è xxx. causa potissimum ejus mortis fuerat. Jobabatur vir fortissimum in morte, teste Cic. in Tusc. quest.

AMACHIUS, sub Juliano a postata parve urbis Phrygiz princeps, acer Ethnice religionis defensor. Macedonius, Theodulus, & Tavianus, studio Christianissimi incitati, noctu impetu in ædem factò, statuas confrigerant. Crati impositi, & igne ustulati: Si inquirunt, Amachi, asium desideras, convertito nos in altera latera, ne semialii palato tuo minus sapiamus. G Itaque consumpti sunt. Suidas.

GALCOOTTUS Martius Narreniensis, Mathia Corvini præceptor, cum Vencius hærefeos reus ad geminas columnas à tribunali perductus esset, ut palinodium caneret: tradidit patrius frigosita proceritate, cujus uxor male audebat, quadam ludubrio præpinguere porcum appellavit. Ad quem extemplo conversus Galcoottus: Pinguis porcus, quam macer hircus esse malo. Jovius in Elogiis.

M O R I U N T U R.

Purpurarius infector visus fraude agere in tingendi ratione, cum eo nomine ad ultimum duceretur supplicium, joci etiamnum superesse locum arbitraturs, ad Homericum illud potissimum adiecit animum: & hæc πορφύρεος δάκρυα, & μοίρα κραναία. id est, Cepit vero hunc purpurea mors, & Parca fortis.

Id tamen sic à Theocrito pronuntiandum sapiente viro Athenæus scribit, cum legeretur epistola, qua à Chis purpuram petebat Alexander. Cælius lib. 8. cap. 11. AL.

OCTAVIUS AUGUSTUS Imp. imminente morte admisso amicos percontabatur, eequid ipsis videretur mimum vite fat commode transgressis? sentiens de fabula vite peracta, & adiecit carmen peractis comædiis accini solum: Δὲ καὶ κῆρὸν ἐν γαστέρι κῆρ ἐπὶ κῆρῳ καταναίωται.

Suetonius.

CANIUS JULIUS, Philosophus maxime constans, & gravis, cum diu cum Cajo Casare altercatus esset, mori ab eo est iustus. Cum vero ad necem vocaretur, latrunculis ludebat: Tum numeratis calculis fodali inquit: Vide, ne post mortem meam mentiaris te vicisse, & simul Centurionum annuens: Testis, inquit, eris, uno me antecessere. Cervicem inde percussori præbuit intrepidè. Seneca.

VESPASIANO ægotanti, cum inter prodigia carera Mausoleum Casarum derente paruisset, & stella in celo crinita apparuisset: alterum ad Juniam Calvinam è gente Augusti pertinere dicebat: alteram ad Parthorum regem, qui capillatus esset. Prima quoque morbi accessione. Ut (inquit) puto, deus fio. Cum legationes audiret, cubans ( ut imperatorius fungere-

fungeretur muneribus ) alvo repente ad defectionem soluta, Imperatorem exit stantem cori optore. Itaque inter sublevantium manus extinctus est, sexagesimo & nono ætatis anno. Suetonius.

SOBIESLAUS Boemorum princeps, cum Boleslao Polonorum principe facta pace, Præge nuptias Conradi Znoymæ principis cum forere Belæ regis Ungarie, tum Uratislai patruelis cum Vaslica Ruthena, ac mox filiz sua Matia cum filio Leopoldi Austriæ Principis magno apparatu, pompaque, & luxu celebravit, ægotante tunc Meynardo XI. Pragenfium Episcopo, homine facetissimo. Qui principalium nuptiarum frequentia audita: Olim, inquit, ranæ in gaudium estuafa gestuabam, auditis Solis nuptiis, extra unam Scenam, quæ se, genitque suum miserans: O infelices, ait, nos, quæ cum unius Solis radios ægrè sustinemus, quo modo æstim illius fœremus, si filios generent? Hoc jocans, paucis post diebus morbi vitam cum morte commutavit. Dubrav. lib. 11.

RODOLPHUS Imperator tate confectus, Erfordiam veniens festinabundus cum suo confessoro, quem semper circumducebat, Spiram maturavit, tanquam ad sepulchrum, jocatus, sibi esse proponendum, ut reges illic conveniret sepultos. B Antequam urbem attingeret, in Gerneshem diem suum obiit XIX. Calend. Aug. anno ætatis septuagesimo tertio, Christi M. CCXCI. Imperii XIX. Spire sepultus regio funere. Cuspimianus.

JOANNES ZISCA, Hussitarum dux, pestilientia laborans, lu-gentibus Reip. sortem amicus, quæ tanto rectore destitueretur, & quo loco sepeliri veller? rogantibus, facilis jactura sepulchri, respondit: Vos vero cadaver pelle nudatum volucribus abiecit, e corio tympanum facite: cujus sonum Pontifici non magis ferent, quam cæci viventis aspectum sustinere. Ane. Syl. in bist. Boem. 15. lib. 3. com. in gesta Afonsh. Bonif. lib. 3. Dec. 3. Egnat. 15. Fulgosi. lib. 3. c. 6.

VENDELINUS parochus Schlingensis, in Marehionatu, Bafileæ vicino, homo fastidiosus, exacta jam ætate hydropicus, Joan. Huberum Bastilensem Medicum acciri curarat. Ubi adfuit: An verò non indignum hoc est, exclamavit, me, qui tot expeditionibus, dum per ætatem licuit, Sacerdotis cum dignitate interfuserim, in hac postrema penè decerptum ad tympanista officium non tam obiectum, quam in visum cogi?

Qui aderant, delirantis hæc omnia esse credebant. At Medicus nam ejus intelligens, Minimè vero, inquit: nam quod major hic est, cujus nunc facta cæga cogitas, Imperator, eo etiam minus hoc licet infaniticum, altero illo vel homelissimo splendidiu erit, teque dignus. Ergo respondit Vendelinus, ad vasa, & arma excidendi mihi estis. Mixque rejecto tegmine, ambabus manibus ventrem veluti tympanum intercute aqua extensum feriens, inquit: Sequimini nolentes, nolentes sequimini. Paucis post diebus obiit.

URBANITAS CONSIDERATA RESPECTU

MATERIÆ, ET VEL PERSONARUM, erga quas exerceatur.

QUÆ, ET QUALES SINT.

Erga.

Christum.

Carthagine Innocentia religiosissima femina de primariis ipsius civitatis, in mamilla canerum habens nullis medicamentis sanabilem, ad solum Deum conversa, admonetur in fomnis, appropinquante Pascha, ut in parte feminarum obdervanti ad bapfiterium, quæcunque illi baptizata primitus occurrisset, eundem locum signo Christi signaret. Fecit, & consilium fanitas fecuta est. Medicus fanè, qui cixerat, ut nihil curationis adhiberet, si paulo diutius vellet vivere, cum infexistet eam postea, & fanissimam comperisset, cumque ab ea quid factum esset, audisset, voce velut contententis, & vultu, ita ut illa metueret, ne aliquid contumeliosum verbum proferret in Christum, religiosam urbanitatem respondisse fertur, Putabam, inquit, magnam aliquid te mihi fuisse dicendam. Atque illa jam exhorrescente, mox addidit: Quid grande fecit Christus sanare canerum, qui quadriduorum mortuum suscitavit? Augustinus libro 22. de Civitate Dei, capite 8.

Sancus.

CLODOVEUS Francorum rex, non minus Atianis, quam incredulus infensum, cum gravi prælo urgetur: divo Martino eum, cui iniebat, caballum vocit, si victor evaderet. Voti L. B. Theat. vit. Human. Tom. V. II.

compos factus, divo Martino equum obtulit: & precio constituto centum aureorum, cum equus loco cedere non posset, E ducentes impendit: & tum jumentum jam liberum sequutum fuit expectantem. Tum rex: Bonus, inquit, Martinus adjutor est, sed preciosus. Crantzius lib. 13. Suevie, c. 16.

DOOS.

HIGESIAS, cum Ephesia Diana templum ab Herostrato incensum conflagrasset, Dianam a se aditum 700000 occupatam, domo abfuisse, per jocum dixit, cum Olympiadi patienti adesset. Quo nihil unquam ab homine frigidius prolatum existimat. Plut. in vita Alex. At M. Tullius in 2. de Nat. deorum id Timæo historico tribuens, concinne dictum putat. Brodeus in 1. Epigr.

H O M I N E S.

Putata erga

Grammaticos.

MEMSTRUM Florum Consularem Vespasianus, admonitus ab eo plaustro potius, quam plostra dicenda, die postero Flaurum salutavit. Sueton.

Rhetores, Oratores.

M. APPIO in exordio causæ ejusdam amicis suam orasse se dicenti, ut curam, & facundiam, & fidem sibi præstaret: Ad eone tu, inquit Cicero, durus es, nihil ut omnium, quæ te oraverit amicus, præsteris? Plutarch. in Cic. Cum Philagrum præceptorem tumulasset Metellus Nepos accuratius, imposuit ejus tumulo marmoreorum corvum. Tum Cicero: Intelligentius, inquit, hoc fecisti. Volare enim potius docuit te, quam dicere. Plutarch. in Cic. At in Apophth. Diodorum vocat, Metelli præceptorem.

Musicos.

Citharædus quidam matris Stratonicum exceperat convivio splendido, atque super cenam ostentabat artem. Stratonicus, cum illo canente non haberet, & fidem sibi præstaret: Confregit poculum, & popocit majus, moxque fe vino ingurgitavit, & obdormit. Cum autem forte supervenisset aliquo comestabundi, Stratonicus expergens respondit: Hic insidiator, & sceleratus cantor, me veluti bovem ad præsepe, dum cena exceperit, occidit. Boves multo cibo faginantur. C. priusquam maclentur. Athen. lib. 8. c. 7.

Idem, cum audisset quandam impericem canentem, rogavit. Cujus esset cautio? cum is respondisset, Carcini: οὐδὲν γὰρ μάχομαι, & ἀνδραγαθῶν, id est, Multo fanè magis, inquit, quam hominis. Nam κάρκινος etiam piscem significat. Videnem.

Idem, cum ad verfarious Sicyone superasset, trophæum Esculapio posuit inferbens, Stratonicus ex male citharam pulsantibus.

Vocatus aliquandò ad audiendum citharædum Stratonicus, postquam audivit, Homericum illud dixit: μή μόνον θεοὶ ἀλλὰ καὶ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωποι.

Ille concessit pater, hoc est abnuavit illud. Tum dicente quodam. Quid hoc? Malum est citharistam dedit, bene autem canere negavit.

Cum Bylantii citharædus proccinium benè cecinisset, at in reliquis aberrasset, asurgens Stratonicus, buccinam inflavit, pronunciatumque: Quisquis citharædum, qui proccinium cecinit, invenit, mille drachmas accipito. Athen. lib. 8. cap. 7.

Hystiones.

Antiochia civis habet ingeniosissimos, quibus studio est saltationem omnibus aliis anteponeere exercitios: adeoque dictorum, & factorum observantæ sunt, ut nihil omnino eorum rerum illorum subterfugere possit iudicium. Ergo cum corpufculo ad modum modiculis saltator in scenam ingrefferet Hæctorum, uno ore omnes exclamaverunt, Αὐτῆστανεμ videnem: ubi autem Hæctorum mansisse dicimus? Rursus alio tempore quopiam præter modum longo Capanea saltare conante, cum idem Thebanorum muros consistens: rux esset: Transcende, inquit, muros, nihil tibi scalis opus est. Jam cum corpulentus, & obesus saltator ingentem saltum facere adniteretur: Theatrum nobis, inquit, suffulciendum fuerat. Contrà, nimio arido, & tenui, tanquam malè habentibus, bene valere certatim præcaturus funt. Lucianus de Saltat.

Sophistas, Philosophos.

THALES Milefius ecclestium rerum indagator, cum ceculit, dum cum anus inde educeret, & in fossam præcepit ruisset, dum cum anus inde educeret, audivit arguè sibi

Rrr 4 ab ea



videret, velur invitans ad iterandum navigationem, dixisse A fertur Quid est dicitur, sicut dicitur: id est, Novi, quid velis, si- cos vis. Recensetur ab omnibus ferme proverbiorum Græco- rum collectoribus. Erasmus in Adag.

Apud Athenæum Parasitus quispiam, panes rancidos, & atros in convivium illatos, & per se exulis appellavit: quasi ma- nes panem, non panes. Erasmus in Adag.

Laertius refert, Zenonem, cum servum in furto depre- henfum caderet, servus interim clamaret, In sacris fuisse, ut fu- rareretur, subintulisse: Illud etiam, ut caderetis. Idem.

QUID AGENTES, VEL PATIENTES URBANITATI SUBIICIANTUR. Sic loci exercentur erga

Auditores ositantes.

Vide infra, de Reprobis urbana Negligentia, Ositan- tia. Ricantes, Contendentes.

Quam Leontius Ancyranus, Galatiae Episcopus, Ecclesia Novatianis adempta, Constantinopolim venisset: Sifinnius Novatianorum Episcopus ab eo petit, ut eam illis restitueret, illo vero asperè respondente: Vos Novatiani Ecclesiam habere non debetis, cum poenitentiam tollatis, & Dei liberalitatem excludatis. Sifinnius: Atqui neminem, inquit, ita poenitet, ut me. Illo, Cujus rei? scilicet tunc: Quod te videri, inquit, Suidas.

Cum Joannes Episcopus Constantinopolitanus Orthodo- xus diceret, Urbem duos Episcopos habere non posse: Neque enim habet, inquit Sifinnius. Quod cum Joannes graviter tulisset, ac diceret: Vides te solum esse velle Episcopum? Non hoc, inquit, dico, sed me tibi soli non esse Episcopum cum sim aliis. Ibi Joannes: At ego efficiam, ne conciones habere tibi liceat: hæreticus enim es. Tum Sifinnius festivè: At ego, inquit, mercedem etiam tibi solvam, si me tanto la- bore liberares. Ibi Joannes factus mitior: Non te liberabo, si- quidem habere conciones oneri tibi est. Idem.

Eusebius Ponti præfectus, in D. Basilium Cæsariensem Epi- scopum furens, post verbera mimabatur se ei hepar ex mediis viceribus extracturum. Respondit Basilium: Gratium mihi quod profectò feceris, o Eusebi, si hepar, quod cetera omnia membra (quod ex facie, & habitu corporis judicare potes) cruciat, & affligit, evulseris: ita enim corpus omne a- molestiis semel liberabis. A vulgo liberatus est ex manibus præ- fecti. Sozom. lib. 16. cap. 16.

Januensis quidam Navarchus Anglico bello Gallis mi- litans gestabat scutum, in quo bovis caput depictum erat. Confiscatus hunc Gallicus nobilis, cum illud armorum insig- ne sibi vindicaret: orta altercatione, Gallicus Januensem ad certamen provocavit. Januensis accepta conditione in cam- pum ad certamen nullo apparatu descendit: alter multis im- pensis ornatus in campum constitutum venit. Tum Janu- ensis. Quid est, inquit, propter quod certaturi hodie sumus? Ille, Astero, inquit, tua insignia mea, meorumque priusquam tuorum fuissent. Et Januensis: Quenam ergo tua sunt? Caput bovis, ait. Hic Januensis: Non est opus certamine aliquo, inquit, nam hoc, quod porto, non bovis, sed vaccæ est caput. Pogg. in Facetis.

Cum 66 senioribus quidam, videns præcise leges, & insti- tuta veterè aboleri, & alia prava succedere, atque ob id res Spartanorum converti, quæ summa fuerant in immo deiici, & contereri: id, inquam, cum apud Agidem jam senem deploraret, joco respondit: Si est, inquit, quod narras, recto ordine res procedunt. Si quidem ego puer à patre audivi, quod jam tum illis temporibus res inveterarentur. Itaque si rursus inver- tuntur, redierunt in locum pristinum. Plut. in Lac.

Lavanæ. Atheniensis Alcibiadi cum copiosè balnearum aquam admini- straret, ait Lacon, Nempe ut illuviæ pleno præbenda affatim. Plut. in Apopb.

Nubentes. Mulierem omnem esse malam, perquam venuste signifi- cavit Lacon quidam, qui cum uxorem duxisset, perpetuam dicebat: E malis, quod minimum esse eligendum. Erasmus in Adagis.

De Diogene Cynico Laertius hujusmodi fabulam narrat. Adolefcentis quispiam pascuntior, nuper uxore ducta, titulum

hujusmodi inscriptit ædibus suis &c. id est, Jovis filius Cal- linicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali: Diogenes anscriptit &c. id est, Post bellum auxi- lium videlicet indicans iam tunc receptum in eas malum, cum vel ipse malum immigrasset, vel uxorem malam introduxisset. Erasmus in Adag.

Egrotantes. CYRUS Plutarchi amicis ex provincia reversus, in morbum incidere. Is dum gelidas manus se habere Ausidio Modesto conquereretur affidenti: Certe, ait ille, nuper calidas de provin- cia retulisti, de furoribus scilicet, & rapinarum frequentia jocum tensens. Quo viro integerrimo, & bene tibi conficio ri- sum movit, fastidiumque discussit, suffusus noxio ruborem. Plut. in 2. Quest. conv. 1. Macrobi. lib. 7. c. 3. hoc tribuit di- gnum amico L. Quinti Prætoris ægrotantis sub Domitiano. RERUM, CIRCA QUAS OCCUPATUR.

Sic JOSEPH BONA SUA, vel aliena quis Laudat.

Quælibet vitia, quibus carent, obicitur: hicorum virtu- tes, quibus vult prædici, aperit. Oportet autem virtutem E. aliquam confestim, & exploratam adesse: aliquin contra- rium, quod est in quempiam dictum, ambiguum adfert suspi- cionem. Nam qui ad prædixit generosus dicit de ductu- rum, vel abstemium, & temperantem, insolentem ex violentia, & ebrietate profugiatum: velsplendidum, & magnificum, appellat sordidum, & tenacem: vel in causis agen- dis, & Rep. gerenda præstanti denunciat in foro de damnatu- rum cum jus hilaritatem, & risum ciet. Plut. 2. Quest. conv. 1. Socrates, Aristhenem industria in amicis colligendis, & concilianda hominum gratia lenocinium, & factionis sollicitationem, & lacionem præcipue tenent. Idem.

Craterem. Philosopherum, qui omnium recta ingrediebatur excipientibus cum honorifice, & benignè hominibus dicebant. Idem.

De Antisthene prædicavit Diogenes: Qui me induxi, lena, & mendicium reddidit, Et exulenti, & meis quoque profugum edibus. Idem.

CRITOBULUM Socrates hominem formosissimum ad contemp- tionem formæ provocans lusus, non derisit. Socrati item Alcibia- des joculariter ostendit æmulationem de Agathone. Idem.

LACON gymnastarchum, qui acapna ligna præberet, in G. speciem incutare dixit se: Cujus opera factum est, ut apud nos ne lacrymarum quidem mittere liceret. Et cum, qui ipsum quotidie ad cenam invitabat, plagiarium, & tyrannum nomi- nans: Per quem, inquit, tot annos mensam non aspexi meam. Idem.

Quidam alius dixit appetitum ab rege insidisse, & ademptum sibi otium, & somnum, qui ex paupere dives evasisset. Idem. Joci autem lepos est in faceta fisione. Plagiarium ap- pellavit, quod liberalitate tua homines sibi redderet obno- nios; tyrannum verò, quod per illum non liceret cuiquam conviviarum domi suæ vivere.

ALCIBIADES dicebat, nihil novum esse, si Lacedæmonii intrepidè mortem in bellis occumberent. Desugere enim eos hoc modo legum severitatem, & cruciatum: atque labores alacriter, promptèque cum morte commutare. Aelianus l. 13. Var. hifor.

Cyrus Plutarchi amicis. Vide paulò antiè.

MALA SUA, VEL ALIENA REPREHENDIT.

REPRESIO, SUGGILLATIO, Expatriatio jocosa.

In Genere.

JOANNES Theologus Minor Apologo vitia sui temporis Sa- cerdotum reprehendit. Apud Amil. lib. 9.

JULIUS II. Cum omnium ferè gentium vestitum tabula ele- ganter picta spectandum proposuisset, Gallum nudum pingi iussit, humi pannos omnis generis sparsos, cæc materiam, cui formam ex quibus libuisset petam gentibus induceret spe- stantem, juxtaque reticulum cum pita, quo ludigere Galli in primis delebantur.

Cum ad mensam cuspidam Episcopi ex illis, qui noviter in Belgio constituti nuper fuerunt, & ex Abbatis sibi incorpo- ratos provenstus, sive competentiam assignatam habenti Ductor novitius cohortis cuspidam, qui prius in militia nunquam fuerat,

fuerit, per jocum diceret, se mirari, quomodo Episcopus ille Abbas haberet talis Monasterii, cum nunquam fuisset Mo- nachus: vultu composito respondit iste: Magis ego demir- ror, quòd tu, cum nunquam fueris miles, militum ductor eva- seris. Poterat alioquin dicere, Episcopalem dignitatem emi- nenter continere eam, quæ in Abbatisibus refidet.

Videatur Locus de joco. Ignorantia.

BACCHUS ad Herculem de tragediis judicantem, cum e- xercitatio esset in vorandis tauris, quam peniculandis poeta- rum carminibus: dicitur quòd & dicitur, inquit, hoc est, Cæ- nare me doce, apud Aristophanem in Ranis.

Extat jocus Democriti, Auctore Luciano. Hic mulget hir- eum, ille supponit cribrum: cum aliter ineptè proponeret, alter responderet ad id, quod profertur erat, nihil facientia. Erasmus in Adag.

POLUS cum se iactaret insolentius, Plato sic hominem ta- xavit à pado, ita pades ita osi xarà os, id est, O Pole, ut te tuo alioquin modo. Polus Græcè sonat pullum equinum: Ipo itaque statim nomine tetigit hominis arrogantiam. Laert. libro 3.

CALVISTUS Sabinus dives, gloriæ avidissimus, magnis præ- ciis servos comparavit, quorum alter hung, alter illum poctam familiariter memoriter nosset: hoc felicitæ expeditum iter ad eam, quam appetebat, gloriarum ratus, si servus ut peculium, sic & literas domino quærenter. Hac familia instructus, convivia suos quæstionibus exagitabat. Servi ad pedes aderant, & de quacunque re sermo esset obortus, accommodatos materis versus insurrebant: quos ille gloriandus dum pronuncia- re vellet, in medio hærebat. In hunc igitur Satelliis. Qua- dratus stultorum divitum irritor, & arrior, & denior, ita joca- tratus, cum ille iactaret centum millibus servos singulos con- stituisse: Minor præcio, totidem scriam emisses. Idem Sabi- num ut ludaretur orabat: cum ille diceret, Quomodo lu- dator homo æger, ac debilis, & vix vivere valet? Noli qua- ro, inquit, Quadratus, hoc dicere: aspice, quot servos habes robustissimos. Seneca lib. 3. Epist. 27.

BASILIUS Magnus Episcopus Cæsariensis, urbanus in con- gressibus etiam inimicorum fuit. Valens Imp. contra eum or- thodoxorum varios misit, qui eum verbis, minis, supplicis C. persuaderent. Misit Demosthenem quendam, hominem fur- bendum, & audacem, qui cum blasphemias in Basilium de- baccharetur, barbarismo quodam forte lapsus est. Ad quod ritu Basilium exclamavit: Vidimus & nos Demosthenem sine literis: At cum importunus oblatret, ita oburgavit: Tuum est de pulmentis cogitare, & non divina dogmata deco- quere. Sozom. lib. 6. cap. 16.

LUDOVICUS XI. Gallorum rex, indoctum quendam mul- tis instructum libris gibbofo similem esse dicebat, qui gibbe- rum in dorso portans nunquam oculis aspiceret possit. Corroz. de dicitis, & falsis mem.

Stultitia.

POLYEUCTUM Sphættium cuius videret Phocion per æ- tum auctorem populo Atheniensis esse movendi Philippo belli, inde anhelantem multum, & sudantem, utpote per- pinguem, atque crebrò aquam sorbentem: Debent scilicet, inquit, ex hujus sententia bellum scititer, quem in lorica, & clypeo quid cæntis facturum instantibus hostibus, cum inter D. dicendum apud vos ea, que commentatus est, penè suffo- catur? Plut. in Phocione.

DIOGENES ad habita interduo lucerna, rogatusque, Quidnam sibi velle? respondit, à d' d' d' d' id est, Hominem quæro. Laertius.

E duobus fratribus, quorum alteri nomen erat Evætopos, alteri Evætopos, ille bonæ frugis erat, hic nequam. Hos cum Philippus vidisset, hoc in eos jocosus esse fertur: O jō d' d' d' d' uterque ambo, Ambo neuter. Plut. in Græcis Epigram.

Proditum est, Herodem sophistam, divitiis perillustrem, ex luctu uxoris Regille forma domus submutata, parietum ornamenta florida tum velis migrantibus, tum lapide Lesbio induxit. At Lucius vir sapiens, Herodoti etiam per familiaris, pueros conficiatus raphanidas albas perluere, quævisit, Cujus- nam foret ea cœna? Audiens verò Herodi eam parari: Atqui, inquit, Regillæ Herodes injuriosus est, qui alba vescatur rapha- nide in funestis, & pullata domo. Quæ illi renunciata cætenus

insiderunt, ut mox domesticas tenebras, & parietum (ut sic dicam) nubila difcueret, ne ludibrio studiosis, & magnis vir- tis fieret. Cælius lib. 20. cap. 26. A. L.

DOMITIANUS Imp. Metii cuspidam senectutem diffimulan- tis stultitiam falsè reprehendit: Vellem, inquit, tum formosus esse, quam Metius sibi videtur. Et cuspidam capto variatæ capilli subritulum, & incanum, perflum multo dixit. Suetonius.

Rex Alfonso Aragonius honestæ recreationis causa Qua- storem, ut ita dicam, stultitiæ alicæ constituerat, apud quem quæcunque singulo die stultè dicta, facta essent, reconferen- tur. Diarium illud rex sub vesperam ferè solebat inspicere. Artottus quidam dum naves Florentine, tempestatis causa per aliquot dies Neapoli hærent, aulicis se infinuaret: cùmque rex Germanum quendam Theodorium, aliquot millibus Al- fonsinorum nummorum instructum in Germaniam comparan- dorum equorum causa ablegasset ( sunt tamen, qui Maurum Apollatam in Africam missum tradant) Quæstorem adit, & in hæc verba censuram suam perscribi iussit: Alphonfus rex Bar- barum pecunia onustus ad Barbaros mittit, hoc est, ut ergo gratis perfidus esse cogatur, etiam vitium addit. Meo ergo illo calculo stultorum huicæ dici princeps esse. Postquam Alphonfus Ephemerides recognovit, hominis non inficita lib- ertate delectatus, eum ad se vocavit. At revocabis, fat scio, inquit, quibus Theodorium cum generosis equis reducim ven- deris. Tum ille. Non revocaverò facile, sed ramentum vero- ro. Quilud, inquit, Rex. Erato tuo nomine, respondit Artottus, illius substitutum. Auctor vita Artot.

Negligentia, Ositantia.

DIOGENES Cynicus, cum seriò quocunque loqueretur, & nemo auscultaret, sese ad sonum musicum contulit. Congre- gatis autem ad se quàm plurimis, exprobravit, ut quid ad inepta studiosè concurrerent, ad ea verò, quæ gravis essent, & uti- lia: negligentem convenirent. Dicebatque, de fodiendo, & calcitrando certare homines: ut autem boni, & prohi fierent, curare neminem. Laert. lib. 6. cap. 2.

Cum aliquando Demosthenes quendam in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos, fed dicenti obftriperent: ille, Paulisper, inquit, aures mihi præbete, si- quidem rem narrabo novam, ac lepidam, atque auditu jucun- dam. Ad quæ verba cum illi jam aures arærent: Adoles- cens, inquit, quispiam asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viam autem eum æstus meridians ingravesceret, nec inveniret, quoniam umbræ solis ardorem defenderet, depositis cilestis, sub afmo sedens, ejus umbra semet obtegebat. Cæterum id agas non sinebat; hominem inde depellens, clamansque asinum esse locatum, non asini umbram Alter item ex adverso tendebat, asseverans etiam umbram asini sibi conductam esse. Atque ita inter eos ac- cerrima rixa in longum producta est, ita ut etiam ad manus ven- nerint: hoc pertinaciter affirmit, non conductam esse asini umbram; illo pari contentione respondente, umbram etiam asini conductam esse: Demum in ius ambulavit. Hæc locutus Demosthenes, ubi sensisset iudices diligerent auscultantes, repente cepit à tribunaliis descendere. Post revocatus à iudicibus, rogatusque, ut reliquum fabulæ pergeret enarra- re: De asini, inquit, umbra libet audire, viri causam de vita pe- riclitantis audire gravaminis; Paulò alter narrat. Plut. in vita Demosthenis.

Cum in concione dicenti obftriperent Athenienses, ait se breviter illis velle narrare quiddam. Ad silentio facto: Adolescens, inquit, æstatis tempore asinum mercede H conduxerat, ut eo ab urbe Megaram proficiscens uteretur. Porro meride cum sol acriter ardere, uterque cupiebat sub umbram asini succedere. Vertim alter alterum accebat, cum hic diceret asinum conductum esse, non umbram. Rursus alter qui conduxerat, se plenum habere jus, responderet. Atque hæc lo- cutus, discedere parabat. Retinentibus autem Atheniensibus, utque reliquum fabulæ partem adderet orantibus: Itaque, inquit, de asini umbra audire cupitis, de rebus seriis loquentem auscultare non vultis? Quidam ajunt, asinum Athenis, non Megaram, sed Delphos fuisse conductum, quod idem apparet ex verbis Demosthenis, qui Delphicam umbram nominat, in calce orationis. De pace. Plut. in ejus vita.

Quidam Minorita cum Viennæ inter concionandum Al- bertum I Imperat. cum aulicis ositarent, & fomiculosum animaverteret: voce intenta, Quæritur, inquit, salvari ne principes possint? Reque in utramque partem diu, multum- que agitata, excusso jam somno attentis omnibus: Quid ni possint

possit, subintulit, si modo baptismo suscepto in cunis vagl...

Vettones Hispania populi barbari, cum primis Romana castra intuentes...

EPAMINONDAS, allato copias ab Atheniensibus novis instructas armis in Peloponnesum missas...

THEMISTOCLES cavillo Eretrienfis dicit, sicut loligines gladium habere...

Africanus censor cum castigaret militem, quod in pugna non fuisset...

Post Mutinensem fugam quarentibus quid ageret Antonius, respondisse Familiaris eius...

Cum quidam Diogenem referrent, Didymon tibicinem in adulterio deprehensum...

ANTIGONUS a Demetrio filio, ardore osculo exceptus Lamiam inquit...

DEMETRIUS Poliorcetes Lamiam sortum amabat. Cujus cum Legati ad Lyfimachum venissent...

Non illepidè dixit apud Atheniensibus Philoxenus parasitus cognomento Pternocodis...

Mater M. Bruti Servilia, cum preciosum are parvo fundam abstulisset a Caesare...

Mulier Adultera exanderat ad fenestras varii generis vestimenta ad adulterum data...

Voracitatis, Ebrietatis.

DEMETRIUS Poliorcetes apud patrem Antigonum questus, quod molesto rheumate vexaretur...

Apud Atheniensibus Theocritus Chius Diocli gurgiti, qui devorato pisce calido...

maximas confeceris, terram, mare, caelum. Erasmi in A. datus.

ZENO Citiensis Philosophus, quodam in convivio immoderatus vorante obsonia...

L. COTTA censor, qui supra modum effusus in vinum erat, candidatus Cicero consularis...

Orta super mensa Canis Magni Veronensis edendi mentione, cum multi magni comestores...

Quidam caesum largius quam alii, edebat. Id aegre ferens hospes, voco Ministrum...

Liberalitatis ineptia.

Adolefcens quidam Ponticus pollicebatur se rationem Antisthenis habiturum...

P. VIRG. MARO, cum in veterinaria arte excelleret, Romae Magistri stabuli equorum...

Cum Nicephorus Constantinopolitanus Imp. Helmogau-H do Caroli Magni legato...

Cum Christianorum proceres terram Sanctam indigno servitio decrevisset liberare...

DEMETRIUS Poliorcetes apud patrem Antigonum questus, quod molesto rheumate vexaretur...

Sanctum fecerat. Quo audito, sublatu est ingens applausus A omnium. Petrarca.

SEMITAMIS parato sibi conditorio inscripsit: Si quis regum pecunia indigeret...

ANTIGONI Amicus, cum petisset talentum, nec accepisset: postulat dari sibi comites...

BITHYS parasitus, cum Lyfimachus Thracia rex vestii ipsius curasset assignandum...

DEMETRIUS Antigoni filius, cum adductus omnium civium servis Stilponi Philopho diceret...

Orator Hortensius rectam, & plenam non sustinuit Verrii suscipere defensionem...

Apud Vespasianum quidam ex domesticis cuidam externo sub obtentu germanitatis...

Idem, cum iter faceret, mulio auriga descendit ad calcianse mulas...

NICEPHORUS PHOCAS Imper.

GUILIELMUS rex Normanniae, Angliae regnum occupaturus, Comes Flandriae...

FRIDERICUS dux Brunsvicensis, Francosurri rex Romanus, cum Moguntino...

Populum Romanum Clementis VII. avaritia offendit, & ad descendendum Pontificem...

Sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur Protervia. In eo mos erat...

Prodigalitatis.

Sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur Protervia. In eo mos erat, ut si quid ex epulis superfluum...

comedisset, & novissime domum, quae ei reliqua erat, incendio perdidisset...

M. CATO, quemdam, qui agros paternos marinos vendiderat, monstrans...

Cum Faustus, Sylla filius, are alieno obrutus, bonorum suorum auctionem...

Quidam Romanus eques diem functus erat. Post cuius mortem as alienum ingens...

Prus II. Pontifex Praefectura Rhodiensem exhaustam a Gallo, Hispano commisit...

CICERO Caesio oratori, ut pantheras sibi ex Cilicia Romam mittereret...

Cum apud Forum Julium Carolus Magnus hibernaret, ac videret Francos...

Pantheam captam Cyrus rex Arabiae Medo custodendam dedit, ut quando...

DEMOCRATES orator iam senex, ascendens in pulpitrum, Stobaeus Arcem...

PHILIPPUS Macedonum rex, Menecratis Medici infantiam deridens...

Posteaquam Alexandrum Pherozorum tyrannum, Thebanis insentum...

Cum Chabrias Atheniensis circa Corinthum paucos Thebanos...

Veteres enim ante portas in trivivi congruenter Hecates imaginem...

ANAXAR-

ANAXARCHUS, cognomento Eudæmonicus, ridebat Alexandrum Magnum, quod seipsum deum faceret.

In libro 35, ab Urbe condita Livius narrat, T. Quinctium Flaminiū hoc modo vanitatem Atolorum refutasse...

CATO Cenforius in eos, qui subinde ambirent magistratum, non inscite dicere solebat, eos valde pueri...

CICERO Q. fratris, stature alioqui parvæ, ex picta imagine longa staturam suam mentientis, ambitionem reprehendit...

M. TULI CICERO cum humeris se Reip. de exilio reportatum glorietur, Vatinium falsè insultit: Unde ergo tibi varices?

CICERO apud Damascus cœmans, cum ille mediocre vinum mensæ adhibuit grandiloquis verbis extollens diceret: Bibite phalerum hoc, quadraginta annorum est...

THALTIUS Cæsar Apionem Alexandrinum, superbissimum Grammaticum, vocat Cymbalum mundi, quod hominem honesta fama donaret...

C. CÆSAR CALIGULA compertat provinciam locupletem Gallia ducenta h. s. numeratæ vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur...

BOLESLEVS III. Polonorum rex, Glogoviz ab Henrico IV. Imp. obfessus, legatos de pace misit. Cæsar ambitiosè admodum, & arroganter ostendens legatis thesaurum...

COEUS ducis Mediolanensis rogavit principem, uti se Asinum faceret. Causam rogatus: Video enim, inquit, omnes eos, quos exultulisti, præ superbia, & ambitione alios evasisse...

FRIDERICVS III. Cæsar, Romam petens Venetias venerat. Veneti cum exceperunt hospitalissimè, officiosissimeque: inde discessuro abacum ex vitro elegantissimè concinnatum, exornatumque donaturi erant...

toque, & gemmis divitiis, quas illustrioribus hospitiis solent ostentare, se posuerat. Quò Fridericus ab his deductus, gemmas, & alia preciosa in manus sumit...

Legati duo Constantiensis concilii ad Petrum de Luna Pseudopontificem missi, in altercatione, quam super iure Pontificatus cum ipso habebant, cum Petrus dixisset: Hic est arca Noe designans apud se iuse esse Apostolicæ sedis: In arca Noe (inquit) bellæ fuerunt petimulæ...

FRIDERICVS Palatinus Rheni anno 1462. Carolū Marchionem Badenensem, Joan. Episcopum Spiritem, & Huldricum Chabiten Virttembergensem, Heidelbergam obfidentes, & de urbe oppugnanda consultantes...

ADULATIO. Atheniensis M. Antonio obviam profecti, & Mulandi gratia Minervam sibi nubilem esse dixerunt, quam Libero patri (M. Antiocho scilicet) despondere vellens...

LOQUACITATIS. Ex Helleponto in Atticam venerat amator quidam, Gnathæ scortilli fama pellectus. Cūque admittis commo- dum accubisset, erat inter pocula loquacior impendio...

INCIVILITATIS. PHROMACHVS panem in lente intingens, catinum subverterat. Tum Chærephon paratissus: Dignus est pena, exclamavit, quando comedendi imperitus pingere voluit...

INCIVILITATIS. Atheniensis quidam ventrem habens lubricum, noctu stercore ostium Athenodori Stoici fœdarat. Ille cum fœdatione acrier in concione reprehenderet: Urbis (inquit) morbus & malus habitus, tum ex multis rebus, tum ex excrementis percipi potest...

ABOGSTVS, cum ei quidam libellum trepidus offerret, & modo proferret manum, modo traheret: Putas, inquit, te astem elephanto dare? Macrobi. lib. 2. cap. 4. Saturn.

Nobilis

Nobilis quidam Gallus in armis assidue versatus in aula m venerat. Ibi cum pacis studia, conversationis literariæ simul, & ludicræ, in conventu procerum, & primarium seminarum excellenter, ille, qui nihil præter bella læpabat, tanquam canis in balneo omnium sese risu exposuit...

Scurvilitatis, & Leporis.

CLEOMENES Spartanorum rex populabundus fines Megalopolitanos ingressus, tum ingentem prædam congestit, tum magnam vastitatem edidit agris. Denique captis artificibus, qui ludicram artem faciebant, & veniebant ex Messene, excitavit in hostico theatrum: exhibitique quadraginta minarum sumptu in unum diem ludis, sedit illic ad eos spectandos...

Memorise proditum, Cleopatra spectante, M. Antonium piscari solitum, qui ad peritiam artis ostentandam urinatos occultè submitteret, uti pisces prius captos sub aquis hamo affigeret. Senit callidissima regina ducis vanitatem: mirari tamen, tanquam necia eorum, quæ fierent, prædicareque Antonii in piscatu felicitatem: hortaturque primores, ut volutrope piscationi sibi, & Antonio adint. Ipsa intercæ unum quendam subornat, ut Romano urinatore prævento, quod dabatur, hamo applicaret...

PERULANTI. Hoc Adagio, Scopum attingere, festiviter usus est Diogenes in puerum faxa in crucem jaculentem: Euge, inquit, contingens tandem aliquando scopum. Erasmi in Adag.

ADULATIO. Atheniensis M. Antonio obviam profecti, & Mulandi gratia Minervam sibi nubilem esse dixerunt, quam Libero patri (M. Antiocho scilicet) despondere vellens...

LOQUACITATIS. Verrem Romani castrum porcum vocant. Cum autem conditionis huius libertine studio aspersus superstitionum Judicarium, Cælius nomine, tenderet summotis Siculis nomen deferre Verri: Quid, inquit Cicero, Judæo cum porco? Plut. in Cicero.

Hispanorum assertionem de miraculis eius, qui cum patre de regno contenderat: quæquam asseveratissime insisterent, Rius II. Pp. irritit: idque agrè ferentibus. An nescitis, inquit, vita miracula fieri, non morte. Camp. in eius vita.

Venit aliquando Constantianopolim Alexandrinus Patriarcha, vir gravis, & Imperatori Andronico Palæologo percharus. Is cum videret, quanti Athanasii Patriarcham Constantinopolitanum Andronicus faceret, quantoperè nomen ejus admiraretur, adeo ut eum D. Chrysolostomo compararet, festivè admodum magniloquentiam, & ostentationem ejus taxavit, his verbis: Erat, inquit, sutor quidam, qui selem albam habebat, unus quotidie murem domi capientem: quæ aliquando in vas aramentum plenum futuro delapsa, tora nigra evasit. Proinde mures, eam Monastico habitu sumpto carnis deinceps abstinere velle rati, sine ullo metu vagantes, D coria tenerent. Illa verò tantam multitudinem conspicata, capere non poterat, sed duos comprehensos devoravit. Et cæteri quidam fugæ sibi consulere, vehementer mirantes quod sumptu Monastico habitu crudeliter evasisset. Vereor igitur, inquit, ne & Athanasius hic, jam sedem Patriarchalem consecutus priorem asperitatem posteriore delectat. Gregor. lib. 2.

INJUSTA DISTRIBUTIO. C. JUL. CÆSAR peregrinos, ac novos homines in Senatum admiserat, præcipue Gallos. Inventus est Libellus hoc continens: Bonum factum, ne publicis Senatu novo curiam monstrare velit: Item illi que nesciebantur: Gallos Cæsar in triumphum duxit, idem in Curiam, & rursus: Galli braccas depoluerunt, Iterum facilitatem Cæsar in eligendo Senatu irritit palam. Nam cum ab hospite suo P. Mallio rogaretur, ut de citionatum privigno ejus expediret, assistente frequentia

dixit: Romæ si jus habeat Pompejus, difficile est. Macrobi. lib. 2. Saturn. cap. 3.

Tyrannidis.

ANTIGONO occiso, ejus occisores rerum potiti, omni injuriarum genere Phrygios affecerunt. Agricola verò quidam agellum fodiens, rogatus, quidnam faceret: Ego suppirans, inquit, Antigonom refodio. Longè tolerabiliores sub tyranno, quam sub tyrannicis servitute fuisse, indicans. Bruns. lib. 6. cap. 21.

C. JUL. Cæsar cum M. Bibulo consulatum gerens, quod absque ullo ejus respectu Remp. veraret, jocandi occasione vulgo dedit. Fuere, qui quoties ex more tale aliquid agerent, quod signatione diei, & Coss. egeret, non Cæsar, & Bibulo, sed Julio, & Cæsare Coss. gestum scriptis mandarent. Hinc vulgati mox sine auctore verticuli: Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare gestum est. Nam Bibulo fieri consule nil memini. Suet. in Cæsare, & Plut.

Ab Androne quodam Laodiceo salutatus Cicero, cum causam adventus requisivisset, compensitque (nam ille se legatum de libertate patriæ ad Cæsarem venisse respondit) ita expressit publicam servitute ad Antiochum, & per quædam phibitor. Si obtineris, & nobis intercede. Macrobius libro 2. cap. 3. Saturn.

Trecasses Belgæ Attilam omnia vastantem, clementem sentire, ob Lupi Episcopi jocum, qui ante mœnia urbis Attilam excipiens: Salvum advenisse (inquit) gaudio, stabrum, & iram Domini, Deique mei. Eo cognomine, & elogio posthæc Attilam usum esse, fama est. Avent. lib. 2. Annal. Bojor.

Perfidie privata, publica cujuscumque.

DEMOSTHENES furi, cui cognomen erat Chalco, id est, æreus, cum publicè vigilias, & lucubraciones ejus perscringeret: Novi, inquit, molestum tibi esse, quod lucernam habeam accensam. At vos nolite mirari Athenienfes, si furta comitantur, cum fures arcos, parietes habeamus luteos. Plutarch. in Demosth.

Cum in balneis vidisset xaropodum Diogenem Cynicum, id est, furem vestium, dixit illi: Num ad unctiunculam, in ad aliud vestimentum? Lusia affinitate vocum, que Latine reddi non potest. Græcè est, xaropodum, & in xaropodum dictiones minime discrimine soni inter se differunt. xaropodum ab xaropo, unguentum est, unde & aliptæ dicitur: inde xaropodum, diminutivum, xaropodum duæ dictiones, sed ob synalephen propemodum una videtur: quam si removes, est, xaropodum id est, aliam vesticulam. In balneis enim olim ungebantur, & ibidem fures suum agbant negotium, quod possit vestibus lavare mos erat. Notabat itaque furem, quod alibi furatus vestem eò venisset alteram furaturus. Laertius lib. 6. & Bruns. lib. 2. cap. 40.

Cum Silus testis læsisset Pisonem reum, cui M. Crassus aderat, pro lato crimine, quod se in eum dictum audisse dicebat: Potest fieri Sile, inquit Crassus, ut is unde te audisset dicitis, iratus dixerit? Annuit Silus: Potest etiam, inquit, fieri, ut tu non rectè intellexeris: Cum id quoque toto capite annuisset Silus, ut se Crasso daret, subjecit Crassus: Potest etiam fieri, ut omnino, quod te audisset dicitis, nunquam audieris? Hoc adeo præter expectationem erat, ut Silum testem omnium ridens obrueret. Erasmi. lib. 6. Apophth.

Vectius cum monumentum patris exarsisset, ait Augustus: Hoc est verè monumentum patris colere. Cum audisset inter H pueros, quos in Syria Herodes rex Judæorum intra bimatum jusserat interfici filium quoque ejus occidit, ait: Mellius est Herodis porcum esse, quam filium, Herodes enim Judæus porcina carne abstinebat. Macrobi. lib. 2. Saturn. c. 4.

CLAUDIUS Cæsar convivæ, qui pridie scyphum aureum furtivè existimabat, revocato diem posterum, calicem fictilem apposuit. Suet.

GALIENVS Imp. gemmarum adulterinarum venditorem uxoris impulsu flagitantis vindictam, simulatè mortis metu punivit. Jusit enim hominem corpi, quasi leoni obiecturus, deinde cavea, dum impostor, & populus respectat, terribilem leonem metuens, profudit castis. Cunctis rem ridiculam mirantibus, per præconem diei justus: Impositum fecit, & passus est. Treb. Polio.

VESPASIANVS Impet. versum Græcum est Comico quodam ex tempore recitavit de Cerylo liberto, qui dives admodum ob sub

fubterfugendum quandoque jus fisci, ingenium se, & Lache- tam mutato nomine ceperat offerre; *Lucius Scipio, in vita de- moftrari adus & in epistolis apian xipolus. Suetonius.*

**CAROLUS** IIX. Gallorum rex, Neapolitana expeditione lega- tis Florentinorum, quorum fidem habebat suspectam, nihil respondit, sed in pariete descriptis grandioribus literis versus duos legendos exhibuit:

*Con coste, e fede poca Va à Firenze à vender l'oca.*

Proverbii origo talis narratur. Rusticus Florentie anserem mulieri primariz, concubitus mercede vendidit. Voto potius, coram marito nihilominus precium anseris exegit. Mulier ne suopte periret iudicio, illud absque cunctatione perfolvit. Versutam igitur, & perfidiam blandis verbis tectam Florenti- nis rex obiciebat. *Agid. Coroz de Dittis, & falsis mem.*

**LUDOVICUS** XII. Francorum rex legis Græcorum contra Turcas classem petentibus gentis perfidiam Alexandri Gram- matici versu recitatio notavit:

*Barbara Græca genus retinent, quod habere solebant.*  
*Agid. Coroz de Dittis, & falsis mem.*

Nobilis quidam Hispanensis ad Canonicatum Ecclesie pri- marie diu aspiraverat, eaque de causa Canonicorum Collegii plura obsequia deserbat, singulos epulo frequenter excipiens, & cum generaliter, tum privatim compellens. Tuli autem ad singulis admodum benignum responsum: at ubi in rem præ- sentem ventum est, nihil obtinuit. Eo facto offensus, omnes simul ad cenam invitavit: cumque singuli cenam suam pro more, & instituto majorum in medium conferrent, carnes simul ad cenam invitavit: cumque singuli cenam suam pro more, & instituto majorum in medium conferrent, carnes alius, alius pisces, olera, ova, legumina: coquo præcepit, ut in unam ollam conjecta omnia simul coqueret, & convivis apponeret, quod genus cyceonis Hispani ollam putridam appellare consueverunt. Indigne id ferentibus Canonicis: Tum, inquit, symbola vestra in unum collata, & aspectu, & gustu ingrate sunt, singula alioqui per se lauta, quam suffra- gia vestra scorsim blanda, conjunctim verò mendacia, & im- proba exiterent.

Anno Gratiz 1288. qui est annus regni regis Angliæ Edou- ardi I. decimus quintus, cum adhuc in Uvalonia moraretur, miles quidam Anglicus quemdam Judæum super detentio- nem indebita cuiusdam materii sibi impignorati coram iudice reus convenire decrevit. Sed Judæus verisimilius respondere dicitur, præcedens chartam regis quondam Henrici, qua sibi indultum fuit, ne coram iudice aliquo, solo corporis regis excepto, in iudicium trahi posset. Miles super hoc anxius, Uvaloniam adit, ut super hoc à rege remedium aliquod impetraret. Quem cum rex audisset. Non decet, inquit, irritare facta parentum, quibus lege divina jubetur reverentiam exhibere, propter quod factum patris mei revocare non decevi, sed tibi, ceterisque regni mei aequa lege (ne potior videatur Judæus, quam Christianus) indulgeo, ne pro quacunque injuria illi Judæo illata, quandoq; charta sua gaudere voluerit, coram iudice aliquo (me excepto) conveniri possit. Reverente cum hoc privilegio milite, attendens Judæus sibi imminere dampnum, & periculum, spontaneè renunciavit suæ chartæ. *Thomas Valsingbas in Edouardo 1.*

**Formæ, Statura.**

CYRUS præcepit gypho, ut simam duceret uxorem. Id enim congruum futurum. *Plut. lib. 2. Quæst. convivo. 1.*

**LAERTIUS** prodidit memoriæ, cum esset Chryssippus tenuis corpore, quod intelligi poterat ex ipsius statua, quæ erat in ce- ramico (occulabatur enim penè illa à vicina equestri statua.) Cameadem ipsum appellare solum Chryssippum, una immuta- ta litera: quod illa tegetur: ut vix appareret. *Vitor. lib. 14. Ver. lib. cap. 19.*

**HIPPOACHUS** aliptes, laudantibus quibusdam hominem Procerum longis manibus ut bonum pugilem. Certè, inquit, si corona, quæ suspensa est, detrahenda fit. *Plutarchus de Cupid. jvriut.*

*Pitarch. cap. 11. libri συμποσιαστων* quo loco de jocis subli- liter, atque eruditè disputat, cum docere vellet juveniri, qui vitia quædam corporis obici sibi in risu non molestè ferant, narrat affectum fuisse animo Antigoni regis Amicum: cum enim regem talentum proposisset, nec obtinisset, petiit ut comites sibi, speculatoresque traderet, ne in via sibi infidia ferent, ita tangere regis avaritiam volens. Tunc Antigonus iussit, humeris pecuniam quam portaret: erat autem ille gib- berus. *Vitor. Val. lib. 10. cap. 8.*

In Galbam eloquentia clarum, sed quem gibbus destrue-

bat M. Lolii vox circumferebatur. Ingenium Galbæ malè ha- bitat. *Macrob. lib. 2. cap. 6. Saturn.*

In Galbam oratorem Orbili Grammatici locus fuit. Pro- dierat Orbilius in reum testis: quem Galba ut confunderet, dissimulata ejus professione, interrogavit. Quid artium facis respondit. In sole gibbos fricare soleo. *Macrob. lib. 2. cap. 6. Saturn.*

**AUGUSTUS** Cæsar Galbæ, cujus informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam, & frequenter dicenti: Corrige in me, si quid reprehendis, respondit: Ego te monere possum, corri- gere non possum. *Macrob. lib. 2. cap. 4. Saturn.*

**M. CRASSUS** orator excellentissimus, cum testis compellat- us inflaret: Dic ego, Crasse, qualem mereris: Talem, inquit, ostendens in tabula pictum infacitissimè Gallum exercentem linguam. *Plin. lib. 35. cap. 4.*

**VATINIUS** homo fuit asperior, & minus reverens in causis dicendis magistratum, collo strumoso. Hic ad tribunal perit quippiam à Cicero prætor. Quo non concedente, sed diu deliberante: Equidem, inquit, si prætor fuis, de eo non hesita- rem. Tum conversus: Atqui ego, inquit, Cicero, non habeo tantum collum. *Plut. in Cicero.*

Idem cum in ea provincia, quam Quintus frater rexerat, F vidisset clypeatam imaginem fratris, ingentibus lineamentis usque ad pedes eum more pictam (erat autem Quintus ipse statura parva) ait: Frater meus dimidiis major est, quam totus. Cum Lentulum generum suum exigua statura hominem longo gladio accinctum vidisset: Quis, inquit, generum meum ad gladium alligavit? *Macrob. lib. 2. cap. 3. Saturn.*

CICERO Viconio occurrens, qui secum ducebat tres insigniter deformes filios, fubmisit ad amicos dixit:

*Invito Apolline feminavit liberos.*  
*Plut. in Apollibeg.*

**VESPASIANUS** Imp. utebatur verbis Græci temporeve- fati. De quodam proceræ status, improbiusque nato Manu- bibas xphos dei xphos xphos xphos.

**DOMITIANO** Cæsari nonnulli paterni leporis inerat. Eius il- la referuntur de Metio, qui in cultu corporis multus erat: Vel- lem, inquit, tam formosus esse, quam Metus tibi videtur. Alterius comam permixta canicie flavescerent, persifam mulsò, nivem appellavit. *Suer.*

**ANTIPATRO**, qui Imperatori Severo ab epistolis erat, avidius affectante filiam Hermocrati in matrimonium tradere, non cessit prius, quam Imperator Severi auctoritas accessit. Sci- ficantem ex eo familiarium quodam. Quando esset anapyle- ria (sic dicebantur munera, qua sponfus sponfa tribue- bat, cum se primam videndam præbisset) prabiturus: ur- banae, inquit, Hermocrates, immò vero encalypta, po- stea quam ita deformem sum ducturus. *Cælex Philost. lib. 21. cap. 26. A. L.*

**BERNARDINUS** VELASCUS, qui fuit apud Ferdinandum Hispaniæ regem equitum Magister, vir apprime nobilis, & ele- gans, puellam ex Regine aula vehementer adamabat, & more Hispanico studiosissimè percolabat. In ea Velascus cum ve- nustatem impensè laudaret, nihil ad absolere forme dignitatem deesse prædicabat, præter plenioris succi habitum: erat enim gracilitate virginali. Hæc, uti fit in aula, amanter ad bonæ spei significationem viridi colore argumentum amatori Velasco dederat, quo in in cultu familiariter utebatur. Prodeunt itaque Velasco, & pueros, servosque à pedibus viridi colore indutos ostentanti, Confalvus Magnus occurrit: laudataque ejus cul- tus novitate: Rectissime sapis (inquit) Velasco, cum hoc enim viridi proculdubio pingueat. Jocatus scilicet in strigofam ejus amicam, translatò dixerit sale à passione mularum: nam Hispani recentis graminis, & herbæ medicæ farraginem viridis nomine appellant, qua adulto vere melius enutriunt, ut uberrimè pingueant. Quo scommate nihil lepidius viri ejus aulæ eleganties existimantur. *Jovius in Confalvo.*

Rusticus quidam Arloto Florentino, intrare ne in urbem (quia fera jam erat vespera) posset, interroganti, respondit: Cuius sermo onustus posset, nedum tu salludens falsè ad ejus obeftatem, & cum vulpe vulpianus. *Aulor Vita.*

**Cultus, Fucique corporis.**

**ZENO** Citicium in quemdam circa formæ curam studiosiorem quam decebat virum, cum imbricem lenè, ac circumspèctè transfret: Merito, inquit, suspèctum habet lutum, in quo non potest scipsum, ut in speculo cerere. *Lært. lib. 7. cap. 1.*

De Myrone, qui Laidis noctem rogaverat, à meretrice pul- chre fuggillato, sic scribit *Antonius.*

Canus

**Canus vocat Laidis noctem Myron,** *Macrob. lib. 2. cap. 6. Saturn.*

**Talis respulsam protinus.**

**Causamque sentit,** *Cap. fulgino.*

**Fucavit atra candidum;**

**Idemque vultu,** *crine non idem Myron,*

**Orabat oratum prius;**

**Sed illa formam cum capillo comparans:**

**Similemque non ipsam rata;**

**Fortasse & ipsum, sed volens ludo frui;**

**Sic est adorta callidum;**

**Inepite, quid me, quod recusavi, rogas;**

**Patris negavi jam tuo.**

*Macrob. lib. 2. cap. 6. Saturn.*

**Demo,** cõgnomento Mama, tibia super cenam canente, Jamia jam Vetula, quam summopere amabat, cum rogaret eam Demetrius Poliorcetes rex. Quid tibi videtur Anus, inquit, red Interim appositis secundis mensis, cum diceret ei ille. Videse quam tibi fibimus Lania: Plura, inquit, à matre mitemur tibi, si cum ea quoque volueris cubare. *Plut. in Demet.*

**Veletudinii,** *Cæcitatii.*

**ANTIGONUS** rex unoculus, allato instrumento prægrandibus scripto literis, *Antigonus dicit id est. Hæc quidem, vel cæco persequa sunt. Plut. in Antigono.*

**PHILIPPUM** Macedonum regem, ortum dicere in Atolis maxime violenter, Phanæa interfectus, Non in verbis rem verti ait: aut bello vincendum, aut melioribus parendum esse. Tam ille, apparet id quidem (inquit) etiam cæcus jocosus in valendum oculorum Phæca, diciator natura, quam regem diceret, & ne inter ferria quidem risu fatis temperans. *Lærtius lib. 32. At Polyb. lib. 16.* hoc ipsum urbanitati tribuit, cypus ne in adyerbis quidem oblivisceretur, natura & Suetus hoc est: qui elegantem, & lepidia voce, saleve aspergere alios nosset.

**Publius Mimus** celebratissimus.

*Vide supra. Pueri urbani.*

**AUGUSTUS** Cæsar Vatinio in prima sua ætate elegantem insultavit. Confusus ille podagra, volebat tamen videre discessisse vitium, & mille passus ambulare se gloriabatur. Cui Cæsar: Non miror, inquit: dies aliquantulum longiores. *Macrob. lib. 2. cap. 4. Saturn.*

**Obliviois.**

**AUGUSTUS** Cæsar, nomenclatori suo, de cujus oblivione querebatur, dicenti, Nunquid ad forum mandas? Accipe, inquit, commendatitias: quia illic neminem nosti. *Macrob. lib. 2. cap. 4. Saturn.*

**Servus** quidam missus à domino ad amicum, mandatorum oblitus, instar stupiti immotus stabat. Amicus tarditatis ejus ignarus: Scio quid velis, inquit, & ostendo prægandi mortari- um. Hoc cape, & ad herum tuum defer. Paruit ille. Cum do- mum reverisset, dominus primo aspectu rei novitate mortis, postea vero id, quod reserat, suspicans: Atqui grandius hoc est, ait, quam velim. Refer ergo, quam occasum, & aliud apporta. Sic oblivionem suam servus sudans, & anhelans luit. *Poggias in Facetis.*

**HEGASANDER** nartæ, Euclidem Seutlum cognominatum (erat autem parasitus) cum quidam plures fomchos ei in cena appo- sisset, dixitque, Capaneus ab Euripide introductus in Supplicibus erat perurbanus, odio prosequens mensam quæ intumescere valde. *Athen. lib. 2. c. 6.*

**D. CHÆRAPHON** parasitus pane nigriore in convivium illato: Umbram panis video, inquit, at ubi panis ipse? Philoxenus Perinocopiis nigri panibus appositis, quid tu dici noctis tene- bras inferes? exclamavit. *Athen. lib. 6. c. 4.*

**SERATONICUS** advenam quemdam Serphi rogavit, quod- nam crimen lege apud exo exilio expiaretur? Utaudivir, tes- tamentarius exterminari: Quin igitur, inquit, testamentum supponis, quod ex his angustius solum mures illuc? *Plutarch. de Exilio.*

Jocatur apud Alexidem Quispiam, citante Athenæo, quod cum nonnulli frugaliores abtinerent ab iis, quibus esset anima, ipse nihil hujusmodi attulisset, nempe mercatus pisces mortuos. *Estim. in Adegis.*

**T. QUINTIUS**, cum Philopemene Achæorum Prætoris, qui magnum equitatum, & pediatum habebat, sed re pecunia- ria deficebat, jocos, ait: Manus Philopemem habet, & crura, ventrem non habet. Et erat enim habitus quoque is Philo- pæmæni corporis. *Plut. in Apoph.*

*L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

Ultiorum altitudinem Aricie miratum serunt legatum regis Pyrrhi Cyneam, faceret lustris in auctoriorum gulum vini. Merito vitem matrem ejus pendere in tam alta cruce. *Plinius lib. 14. cap. 1.*

Milites C. Jul. Cæsari militari joco alteris verbis expro- brave, lampiana se vixisse apud Dyrrhachium (olusid iylyv- stre est) partimoniam prætorum exprobrantes. *Plin. 1. 19.*

Tharfenis Amphias, quem fama erat ex hori custode ortum esse, obiciens joculariter præfidis provincie amico natalium obscuritatem, mox subiiciens: Sed nos eodem ex femine sumus satis, risum movit. *Plut. lib. 2. Quæst. conv. 1.*

OCTAVIUS Cicero citanti ait, non audio, quæ dicit, Tum ille, Mirum, cum bene foratas habeas aures, exprobrans ei barbarum, quia Libis oriundus dicebatur Octavianus, qui solebant autem forare, & gemmas appendere. *Macrob. lib. 7. Saturn. c. 7. & Plut. 2. Conv. 1.*

Celebratur somnia M. Tullii torum in quemdam saltaman- tium filium, cujus tacito auctoris nomine meminit, qui scripsit theoreticam ad Herennium, in schematis specie, quæ dicitur significatio per consequentiam. Ut, inquit, si saltamantii fi- lio dicas, quiesce tu cypus pater se cubito emungere solebat. *F. Eras. in Adegis.*

**Servitutiis.**

**Servus** quidam Callistum Prochelemam cõgnomento nobile scortum mercede conduxit, ac cum per ætatem nudus jaceret, ea vibicibus plagarum conspèctis. Unde hæc tibi infelix, tunc ait ille, Cum essem puer, jus mihi infusum est, & illa. Vitul- lum videlicet. *Athen. lib. 13. c. 18.*

**Paretatum,** *Conjugum,* *Amicorum impudicitia,* *infelicis,* *ineptia.*

Cum Metellus Nepos aliquando inter disputandum identi- dem repeteret, quis est pater tuus, sibi inquit Cicero, hanc responcionem mater tua effecit difficiliorem, siquidem Nepotis matrem fama erat impudicam esse: ipse autem habebatur levior. Ac relicto aliquando tribunatu plebis, raptim in Sy- riam navigavit ad Pompejum, mox inde majore est inconstan- tia revertens. *Plut. in Cicero.*

Alter M. Crassi F. Actium quemdam videbatur specie referre, ideò que matris maculam Actii causa turpem inurebat. Cum hic orationem in Senatu magna comprobatione habuisset, interro- gatur Cicero, quid ei videretur? Axios, inquit, Græcæ; Cras- tus. *Ibidem.*

**FAUSTUS** SYLLA F. cum soror ejus eodem tempore duos mes- chos haberet, Fulvium fullonis filium, & Pompejum cognome- mine Maculam: Miror, inquit, forem meam habere ma- culam, cum fullonem habeat. *Macrob. 1. 2. Saturn. c. 2.*

PLANCUS in iudicio forte amici, cum molestum Testem de- struere vellet, interrogavit (quia Sutorum cibus) quo artificio fætuere. Ille urbanè respondit, Gallam (libig) Sororium hoc habetur instrumentum: quod non infacet in adulterii ex- probationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Mævia Galla nupta malè audiebat. *Macrob. 1. 2. Saturn. c. 2.*

**CONFITENDO TUA, ALIORUMVE**

**DEMOCLATES** orator ascendens in pulpitu in concione Athenienium, se, & civitatem parum posse, dixit, sed magno- nere inflatum esse. *Plut. in Politicis.*

BRASIDAS in prælio jaculo per clypeum vulneratus, eodem ex vulnere recepto hostem interemit. Quomodo vulneratus est: rogatus: Proditus, inquit, à clypeo. *Plut. in Apoph.*

DIECBAT IPSA Phryne jam anus plures gloriæ causa distrahe- re fecem suam. *Plut. in Præceptis sal.*

DIOGENES suam Corintho Athenas, ac denuò Corinthum Athenis migrationem, contulit regis Persarum vere Sussis, hęc me Babyloniz, ætate apud Medos commoracionibus. *Plut. de Virt. profectus.*

De Stratonico refert *Athen. lib. 8.* Is, cum esset parum inf- gnis citharedus. Haberetur in ludo suo novem Musarum imagines, & Apollinis unam, discipulos duos, rogatus à quon- dam quod haberet discipulos? *aut Sussis,* inquit, *Sussis,* la- dens amphibologia, *si Sussis* accipi potest, annumeratis diis: aut diis taventibus.

Idem cum ludum aliquando aperuisset, in quo artem suam doceret, illicque sitatus novem Musarum dedica- set, Apolliniquè unam, duos autem tantum discipulos ha- beret, quæ situmque ex eo esset, quod discipuli ipsius forent? respondit,